

kennntnis frei. Dem Landesfürsten und den übrigen Katholiken soll bei der Kollation und Konfirmation von Benefizien durch (evangelische) Vögte kein Eintrag geschehen. Was der katholischen Kirche entzogen wurde, muß binnen zwei Monaten zurückerstattet werden. Niemand soll jemand anderen der Religion wegen beschweren und alle sollen gemeinsam das Vaterland vor der Türkengefahr schützen.

Arch. Vat. Nunz. Germ. 100, j. 172^r—175^v und 179^r—180^v; zwei gleichzeitige lateinische Fassungen.

Venedig AS, Dispacci Germania, filza 7, j. 143^r—145^v, Kop.

Druck: Loserth, FRA II/50, S. 78—83, deutsche Fassung.

Notum sit statibus huius principatus Stiriae spiritualibus nimirum, baronibus et equitibus et illis, qui confessioni Augustanae addicti sunt, ex parte ser^{mi} domini archiducis, quod sicut isti his diebus gravamina sua in negotio religionis Ser^{ti} illius humiliter exhibuerunt obnixè rogantes, ut Ser^{tas} S. in iis gratia sua ac clementia illis praesto esse vellet, ita illos etiam vehementer eidem conquestos esse, quod ab eis multifarie et ita quidem iniuriis afficiantur, ut eas amplius sustinere non possent summe itidem S. Ser^{tem} obsecrantes, ut eos ab eiusmodi iniuriis liberare ac eos in eorum iuribus et immunitatibus ita conservare tueri ac defendere dignaretur, sicut id eis a principio sui regiminis, cum ei a tota provincia debitum homagium praestaretur, benigne pollicita fuit, et alias etiam pro debito iustitiae et acquitatis facere teneretur.¹⁾

De qua re S. Ser^{tas} a dominis ordinariis aliisque illius Romani Imperii ecclesiasticis principibus, qui in ditione S. Ser^{ti} bona obtinent saepenumero quoque interpellata et illi liquido significatum fuit, nisi S. Ser^{tas} dictum religionis negotium aliter disposuerit et inprimis prospexerit, ut ipsi suam spirituales iurisdictionem prout antea actis temporibus exercere iuribusque suis et praeeminentis debite uti et frui possint, se necessario de eo apud Summum Pontificem et Caesarem conquesturos ac Sanctitatem Maiestatemque illius pro auxilio imploratos esse.²⁾

Ad haec posset S. Ser^{tas} multas et multas quaerimonias allegare, quae sibi passim a parochis et miseris colonis contra eos hactenus

¹⁾ *Religionsbeschwerden der der Augsburger Konfession zugetanen Herren, Ritter und Bürgerschaften vom 2. Dezember und des Prälatenstandes vom 4. Dezember 1580 (Loserth, FRA II/50, S. 70—75 und 76 f.).*

²⁾ *Vgl. Nr. 40, S. 123 f, Nr. 46, S. 138, und Nr. 53.*